

## Lib. II. Tit. I.

## De Jurisdictione.

## §. 1. JURISDICTIO spectatur

vel *generaliter*, & est potestas dijudicandarum causarum, & vindicandorum criminum, adeoque imperium in utrisque exercendi, sub se

tum *Criminalem*,

tum *Civilem* Jurisdictionem complectens

vel *specialiter*, prout in LL. Rom. occurrit, & est potestas dijudicandarum causarum civilium autoritate publicâ tributa, solam adeò *Civilem* sub se complectens. Distinguitur

1. in *Ordinariam* & *extraordinariam*.

2. in *Contentiosam* & *Voluntariam*, eamque vel *veram* vel *quasi talem*.

§. 2. *Ordinaria*, quæ aliàs absolutè positâ voce Jurisdictionis sola subintelligitur, quasi Jurisdictio *specialissimè* spectata, est, quæ magistratui jure magistratus (qs. jure naturæ) competit, cujus

1. *Objectum, reale* (de quo) sunt causæ civiles privatæ, quibusdam exceptis, ut infra.

*personale* (in quod) exercet Magistratus Jurisdictionem.

in sibi subjectos, saltem tempore litis contestatæ tales:

non in se, suosve,

nisi 1. causa concernat officium suum,

2. habeat summam potestatem,

nec in clientem, quoad causam, cujus olim ipse fuit advocatus.

F

2. Di-